



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 29. Michael Angelus Cardinalis de Comitibus in Pontificem electus,  
assumpto nomine Innocentii XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

„munem exhibeat, ut ita vera sincera, Sæc. XVIII.  
 „perpetua Unio, & concordia stabilia, A. C. 172x.  
 „tur inter Sacerdotium & imperium,  
 „Quid superest Eminentissimi, nisi, ut  
 „tanquam Cardinales Ecclesiæ univer-  
 „salis, vota vestra, votis, & desideriis  
 „piissimi, justissimi & religiosissimi Prin-  
 „cipis jungatis, Ecclesiæque viduatæ  
 „quanto citius prospiciatis. Ego vero  
 „insignitus caractere mihi ab Augustissi-  
 „mo concesso, singula grata obsequia  
 „me præstiturum voveo, meque gra-  
 „tiis ac favoribus vestris obsequiosissi-  
 „me comendo.,

Pari humanitatis obsequio Cardina-  
 lis de Judice perorantem Legatum ex-  
 cepit, quo demum valere jussu Cardi-  
 nales ad suas quisque cellas recessere:  
 Quæ sequentibus diebus in Conclavi  
 acta sunt, religioso admodum silentio  
 premebantur, quinimo nonnulli Car-  
 dinalium famuli & duo eorum Contu-  
 bernaes capti ad arcem S. Angeli de-  
 ducebantur, eoquod sui juramenti im-  
 memores, quæ in conclavi gesta fuis-  
 sent, manifestare moliti essent.

§. XXIX.

*Michael Angelus Cardinalis de Comi-  
 tibus in Pontificem, assumpto no-  
 mine Innocentii III. electus.*

H 5

Mira-

Sæc. XVIII. **M**irabatur omnes singularem Mi-  
 A. C. 1721. chaelis Angeli Cardinalis pruden-

*Vit. Card.  
 de Conti t. I.  
 pag. 275.*

tiam, modestiam, animumque ab omni-  
 partium studio alienam, quem semper,  
 præsertim vero in hisce comitiis præ-  
 setulit: unde factum est, ut quinquaginta  
 quatuor Cardinales, quorum suffragia per  
 sex Septimanas in diversos hucusque  
 distracta erant, unanimi omnium suffragio  
 in unum Cardinalem de Comitibus die octava  
 Maij S. Michaelis apparitioni Sacra, ac ipsius  
 Onomastica confluerent. Annum ætatis suæ  
 tum agebat sexagesimum sextum: suum  
 vero ipse suffragium pro Cardinale Tenara  
 tulit, nomenque Innocentii XIII. assumpsit  
 in memoriam Innocentii, qui fuit unus ex  
 sedecim summis Pontificibus ex illustrissima  
 Comitum familia ab Anno 1198. ad Divi Petri  
 Cathedram evectis. Eadem die Pontifex  
 neelectus pro more ter a toto Collegio  
 fidei homagium excepit, ac præprimis a  
 Comite Kinsky Cæsareo Legato, & postea  
 a Lusitano & Veneto Oratoribus honorifico  
 ac filiali gratulationis officio salutatus,  
 ab omnibus omnium generum hominibus  
 in communis lætitiæ signum festiva  
 acclamatione honoratus est. Ut vero  
 falsum labentis valetudinis rumorem  
 dissiparet, ac quibusdam Sedis brevi  
 vacaturæ, & Pontificatus spem præ-

præcideret, non raro ad remotiores Sæc. XVIII.  
 Ecclesias pedester solemnes sacrasque A. C. 1721.  
 supplicationes comitabatur. Die de-  
 cima octava Maij in Vaticana Basilica,  
 cujus claves Cardinalis Archipresby-  
 ter Albanus ei tradiderat, tiara a Car-  
 dinale Ottobono imposita inauguratus,  
 nonnisi die decima sexta Novembris ad  
 Lateranensem Basilicam consueta pom-  
 pa accessit, claves consignantibus Pam-  
 filio Cardinale & octodecim Canonicis.

Prima paterni sui animi sollici-  
 tudo erat, ut fidelem populum suum  
 Romanum sublevaret, ac propterea non  
 modo consueta tributa imminuit, &  
 telonia quædam abrogavit, sed etiam  
 Pistoribus frumentum, ubicunque leviori  
 posset pretio, coemendi libertatem in-  
 dulsit, & Pallagillo annonæ Præfecto  
 panis pondus augendi curam commisit,  
 prudentique consilio sibi de optimis Ad-  
 ministris prospexit. Præprimis Geor-  
 gium Cardinalem Spinulam summæ  
 rei a secretis constituit: A supplicibus  
 libellis Bartholomæum Ruspoli Præsu-  
 lem sibi affinitate conjunctum, ab epi-  
 stolis arcanis Dominicum Riviera pro-  
 nuntiavit. Dataræ Præfecturam con-  
 tulit Petro Cardinali Corradino, & al-  
 teram Cubiculi Apostolici Sinibaldo ab  
 Auria Archiepiscopo Patracensi, ac de-  
 mum Pontificio palatio præfecit Nico-  
 laum

Sæc. XVIII.  
A. C. 1721.  
 laum de Judice: Cardinalem vero Paoluccium Urbis & Orbis Vicarium, Olivierium Secretarium Brevium, & Originium Congregationis Concilii Tridentini Præfectum, & Marefoscium Auditorem nominavit. Prima Pontificatus sui auspicia præclaro pietatis specimen honestabat; supremum enim Inquisitionis Commissarium aesse iussit, eidem injungens, ut deinceps hujus Tribunalis rigorem temperaret, reosque mitius haberet: eapropter Mense Septembri a Bernardo Maria Cardinale de Comitibus Pontificis Fratere, qui Inquisitionis Præses erat, plures captivi sine omni pœnitentia libertati fuere redditi.

## §. XXX.

*Innocentii XIII. Papæ gesta ante Pontificatum.*

*Vit. Card.*  
*t. I p. 273.*  
*Guarnac. l.c.*  
*pag. 138.*

Natus erat Michael Angelus de Comitibus Romæ Anno 1655. die decima tertia Maij Illustrissimis Parentibus Carolo II. Poli Duce, & Isabella Muti lectissima Matrona, ac Ducissa. A teneris propensum ad sacram militiam animum præferens, studiis huic statui congruis admovebatur, ac præprimis sub cura Patruj sui Joannis Nicolai Episcopi Anconitani Philosophiæ &